



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 61. Bullæ Pontificis ad Universitatem Parisiensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. quoque adventitia tam gravi onerabat  
 A.C. 1412. etigali, ut Oenopolæ nullum amplius Ro-  
 mam advehherent, sua vina cum majori lu-  
 cro in patria dividentes. Ladislaus  
 Pontifici par pari relaturus, sub severis  
 poenis vina Romam deferri inhibuit, jus-  
 sitque pro quolibet dolio duos & amplius  
 aureos pendi, adeo, ut tributi exactio  
 pretium vini excederet. Ita nempe Pa-  
 pa & Ladislaus mutua avaritia se invi-  
 cem deludebant, Romanis interea se  
 deceptos fuisse plangentibus, qui suis ca-  
 lamitatibus per foedera Pontificis cum La-  
 dislao inita, abunde subventum iri cre-  
 debant, spe freti, ex Siciliæ & Neapolis  
 regnis quævis victualia in tanta copia  
 Romam advehenda, ut per longam an-  
 norum seriem de nulla rerum penuria  
 sollicitos esse oporteret, proin Joanni XXIII.  
 omnem præcisam fore occasionem, qua  
 urbem suam intolerabili tributorum ma-  
 gnitudine opprimere posset.

§. LXI.  
*Bullæ Pontificis ad Universitatem  
 Parisiensem.*

*Hist. Uni-  
 vers. Paris.  
 tom. V. p.  
 1412.*

Francia continuis Burgundiæ & Aure-  
 liæ Ducum factionibus dilacerabatur,  
 quibus tamen Pontifex nunquam sese im-  
 plicasse videtur. Unice superfunt binæ  
 illius Constitutiones in favorem Parisien-  
 sis

sis Academiæ datae. Prior ad Joannem Sæcul. XV.  
Gersonium tum Universitatis Cancella- A.C. 1412.  
rium scripta est, qua illi, ejusque Successoribus omnes Magistros, cunctosque Academicos a censuris Sacræ Sedi refer-  
vatis absolvendi privilegium concedit. Altera, quam ad Gerardum Parisiensem  
Episcopum direxerat, cauñas Academiæ olim ad sanctam Sedem deferri solitas in  
tribunali Parisiensis Episcopi dijudican-  
das reliquit.

## §. LXII.

*Ferdinandus Rex Arragoniæ nomi-  
natus.*

Hoc demum anno die vigesima quinta Bzov. ad an.  
Julii controversa Ferdinandi suc- 1410. n. 28.  
cessio in Arragoniæ regnum decisa fuit. Marian. l. 19  
Multum ad hoc conferebat Vincentius Ferrerius, qui in quadam oratione a se declamata decretoriam pronuntiabat sententiam; cumque nonnulli Comitis Or-  
gelitani Fautores id gravius ferrent, eos Vir sanctissimus in alio sermone tam pro-  
spero successu placabat, ut Ferdinandus die tertia Septembbris Regia corona re-  
dimitus esset. Accepit etiam a Bene-  
dicto XIII Siciliæ, Sardiniæ & Corsicæ  
Insulas, feudali lege possidendas, utpote  
Patrimonio Ecclesiæ obnoxias; ita ta-  
men, ut Rex pro defensione Romanæ  
Eccle-